

l'affabilità alla gravità di costumi.

In ogni occasione della vita egli sapeva trovar la giusta nota.

Tutti egli aiutava, così gli stranieri come i cittadini; purchè mostrassero un qualsiasi segno di virtù.

Onde vivo, fu da tutti riverito, e morto, riceve le lodi più alte.

Ed inverso a niuno dei suoi cittadini Firenze deve quanto deve a Coluccio; ovunque dove si parla la lingua latina, il nome di Coluccio si celebra, e, con esso, la sua città.

Fu anzi detto che Coluccio « faceva » più guerra colle « sue lettere, che i « capitani de' Fiorentini colla loro « lancia ».

Ora se Firenze gli decreterà un monumento, farà cosa lodevole, sì, ma non necessaria; perchè il ricordo di Coluccio durerà perenne negli scritti suoi.

Di questi egli prega lo Zabarella di dargli contezza, sapendo ch'egli condividerà il suo desiderio di tener

michi quisquam omni mea memoria, qui tam apte eximiam gravitatem morum cum summa facilitate miscuisset. quocum si quid tractandum esset serii, nichil eo gravius reperiri poterat; sin strenue quid agendum, nullus usquam diligentior; si feriandum, nemo iocosior. apud quem et sanum consilium et promptum auxilium omnibus patebat, eque civi peregrinoque, dum ulla modo virtutis species eluceret in eo. itaque merito omnes ^(a), quacunque ^(b) auditum est Colucii nomen, ut coluere viventem, ita defuncti eius memoriam summis efferunt laudibus. quod vero proprie ad eam urbem attinet, non fuit patrum memoria quisquam suorum civium, cui tantum Florentia deberet ^(c), sive pace sive bello, quantum Colucio. nusquam enim latina oratio nota est, ubi non sit Colucii nomen clarum; nusquam Colucius cognitus, quin et eo quoque nomine patrie fama celebretur; cuius ipse ^(d) epistole pro multis sepe millibus armatorum adversus hostem valuerunt; quod et questi sunt aliquando hi, quibus res fuit cum Florentinis bello decernenda, pene plus obfuisse eis Colucii epistolas quam Florentinorum exercitus ⁽¹⁾. itaque, si quemadmodum presentis funus omni honore studioque celebravere, ita iam deposito monumentum pro dignitate viri proque urbis amplitudine statuent, rem quidem facient a se debitam et ad suam eorum gloriam magnopere pertinentem; Colucio vero neutique necessariam, qui preclaris operibus scribendis multisque librorum voluminibus editis, memoriam suam in longum evum posteritati commendavit. ex quibus scire per te cupio quid extet et quam spem das exemplarium habendorum. mire enim rebus eius afficio et glorie hominis faveo, qui non modo excel-

(a) *Cod. omnis* (b) *Cod. quaque* (c) *Cod. doleret* (d) *Cod. ipsius*

(1) Il NOVATI (loc. cit., p. 485) ha stampato l'epigramma del Bruni (inserito nel cod. Magl. 1181 della Bibl. Naz. di Firenze, c. 28), in cui vien detto (v. 5-6):

Hostes me patrie multis pro millibus equant
Armatis: tantum potuit facundia pugnax.

E cf. l'affermazione di Pio II che il Visconti fosse « crebro auditus... dicere

« non tam sibi mille Florentinorum equites quam Colucii scripta nocere » (AEN. SYLVII PICCOLOMINI *Historia de Europa*, cap. LIV, in *Opera*, Basileae, 1551, p. 454). Che non si tratta d'un asserto infondato risulta pure dall'epistola indirizzata da Coluccio nel 1391 a Filippo di Bartoletto di Valle di Querciola (Cf. NOVATI, *Epistolario* cit., vol. IV, parte I, p. 247 e sgg.).